

Johannes Magnus and the Truth

- a Renaissance Historiography sketch

Historia vero testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris immortalitati commendatur?

Cicero, *De oratore* II.IX.36.

Jordanes: *Getica / De origine actibusque Getarum*

Vnde mox promoventes ad sedes Vlmerugorum, qui tunc Oceani ripas insidebant, castra metati sunt eosque commisso proelio propriis sedibus pepulerunt, eorumque vicinos Vandalos iam tunc subiugantes suis aplicavere victoriis. (ch. 26)

Meminisse debes me in initio de Scandzae insulae gremio Gothos dixisse egressos cum Berich rege suo, tribus tantum navibus vectos ad ripam Oceani citerioris, id est Gothiscandza. (ch. 94)

Johannes Magnus: *Historia de omnibus Gothorum Sueonumque regibus* (Basel 1558)

C A P V T . X V .

*Clasius primum
in Gotlandiā
insulam applicūt.*

Omnibus igitur quae ad tantam expeditionem necessaria videbantur præparatis, iubet Bericus omnium clasium præfectis, ut totam nauium multitudinem in insulam Gotlandie (quam Jordanes Gotiscantiam uocat) deducant. Vnde tres naues potentiam hostium explorantes emittere curauit, unam quae Estonum, alteram quae Cumanum, tertiam quae Vlmerugorum litora diligenter perscrutaretur. Sed suborta tempestate, omnes Vlmerugianis litoribus appulsa fuere, in quibus nunc Prutenorum sedes

des habentur. Inde exploratis obiter terris, et incolis, mox ex se tertiam nauem ad Bericonem expeditunt: quæ et si cæteris ad cursum aptior esset, attamen ob remigū ignauiam tardius incedens, conuitio, quo Gepāda de cætero dicetur, occasionem dedit. Siquidem lingua Gothica tardū ex ineptum, Gepam per con uitum appellat. Itaq; ex ea nauī Gepidæ ortum habentes, patrum suorum inertiam præclaris postea facinoribus, fundato ex se inclito regno absteserunt. Nec ignauiter legatione functi, Bericonem quo in loco et statu reliquæ naues essent, edocent, hortanturq; ut totam classem ad ipsas sine mora perducat, facili negotio terram et populos, in quibus nihil expugnatū difficile uideretur, superaturus. Neq; diutius expectatum est: ex Gothis (ut ait Iordanes) uelut examen apum erumpentes in Europam exiuerunt. Annus tunc erat secundū Hebraicam ueritatem à creatione mundi bismillesimus quingen testimus trigesimus primus, à diluvio autem octingentesimus septuagesimus quintus, et ante natum Christū millesimus quadringentesimus trigesimus, quo tempore filij Israël à iudice Othoniele (teste Alberto Crantzio) regebantur. Othoniel Ludec. Præsenserant tunc Ulmerugi, quam ob causam tam fre quens et inusitata classis aduentasset: ideoq; mutua adhortatione firmati, statuerunt prius sanguinem et uitam effundere, quam charissimam patriam hostibus occupādam permittere. Proinde Gothis à principio antequā in littore consisterent, difficilem Martis alcā experiebantur. At postquam resumptis uiribus, quas maris tempestas non parum labefactauerat, magno impetu et imperterritis animis manus conseruerūt, uictores, non tamen sine cruenta Cruenta uictoria, euaserunt. Sed lætari non poterant, se amœna loca sedesq; beatas occupasse: quippe ueteres illi coloni, qui bello supererant, cum uiderent se tantæ Gothorū potentia.

Gens Gepidatō
unde originem
sumpserit.

Gothis quo tem-
pore patriam
egressi fuerint.

Othoniel Ludec.
Israël.

Cruenta uicto-
ria.

50 GOTHORVM SVEONVMQUE

Gothi Vlmerus
gā armis sub-
actam excole-
bant.

Gothi Vanda-
li partem sub-
iugabant.

impares esse, confessim domos, uicos, villas incendio tra-
diderunt, deinde fuga salutem querentes, ad interiora
Vandaliae se receperere. Itaque Gothi uacuam et laborio-
sam terram asscuti, coniuges, et liberos ex nauibus edu-
ctos, excolendis agris præficiunt, domus et villas rursus
erigunt, armaque in uicinas provincias, Pomeraniam, Po-
loniam, Magnopoliam, tanta fortitudine extendunt, ut bre-

ui tempore magnam magnae Vandaliae partem suo impe-
rio subiugarint. Toto enim tempore septem Regum, quo
Vlmerugiam incoluerunt, nunquam à tumultu bellorum
quieuerunt. Si enim foris nullus hostis comparuisset, domi
et in patria quærebant, nihilque præclarius ducebant,
quam inuigilare armis, uitamque militarem aſiduo studio
exercere.

C A P V T X V I .

Captus II. Go-
thorum Rex
extra patriā.

Gaptus deinde defuncto Bericoni (testantibus Me-
thodio et Iordanem) successit in regno Gothorum:
qui principatum iure belli quæsumum et propagatum, po-
tentia et armis conseruare studebat. Quippe quemad-
modum gentes, quas Berico in subjectionem redegerat,
nihil enixius moliebatur, quam amissam libertatem recu-
perare, ita ipse necessarium putabat omni ingenio et di-
ligentia prouidere, ne abieto subjectionis iugo, ex seruis
liberi, ex subditis Principes erigerentur. Nec minor ani-
mo eius sollicitudo incessit de continuo et domestico suorum
Gothorum tumultu. Quippe quemadmodum in patria suscita-
re tumultus, negociumque suis Principibus facessere consue-
rant, ita in alienam terram prouecti, mores a maioribus suis
imbibitos seruantes, ostenderunt se cœlum, non animos mi-
grando commutasse. Tandem hic Captus fatis, an in armis
absumptus fuerit, autores quos sequor, silētios suppresserūt.

C A P V T